

Thef. 7.

Sed neque mineralia ejusmodi spiritu prorsus desti-
tuuntur. In primis Θ trum sal alias hermaphroditicum ex
acido & alcalici mixtum sola digestionem urinofum spirat: Ma-
nifeste etiam apparet in mineris *ci nativi & Onis, quæ per
se quoque destillatæ partim urinofum, partim acidum, sed al-
calibus rite copulatæ, spiritum mere urinofum fundunt, &
quemadmodum in destillatione spiritus salis communis for-
tiori Δ e adhibito flores quoque odore & sapore ammoniaci
sali analogi succedunt. Neque est, quod objiciatur, mineras istas,
a stercorebus forte animalium sal peregrinum alcalicum mu-
tare, cum in locis etiam ab omnibus animalibus remotis &
profundissimis terræ nascantur. Et unde vegetabilia omnia
alias, quam e terræ succis salia sua habent, licet fœcibus ani-
malium nunquam condiantur.

Thef. 8.

Pro diversitate igitur horum subjectorum Chimia varios
quoque eliciendi modos invenit. Ex animalibus, quoniam
præ cæteris sale volatili abundant, eoque minus ligato, adeo
ut vix una vel altera uncia salis fixi reperiat, ubi tot libræ
volatilis haberi possunt, faciliori opera, & sola crematione eo-
rum impetrantur, quando partes Δ eæ & viscosæ potiores Δ e
solum struuntur, eoque ipso salinæ partes sui juris fiunt, ut in
vaporem & liquorem ejusmodi urinofum facessant, uti de
spiribus C. C. Eboris, Viperarum, sanguinis aliisque notum.
Ubi vero arctiori vinculo tenentur, non sufficit solus Δ is, ni-
si acidum fixum, quo tenentur, per alcalia prius invertatur.
In vegetabilibus ne quidem fermentatio, qua alias compages
eorum intime solvitur, & spiritus quoque oleosi impetrantur,
sufficit, sed supremus ejus gradus, putrefactio nimirum ac-
cedat necesse est, ubi tota mixti compages destruitur & figura
vel textura simul partium omnium multis modis immutatur.

Thef. 9.

Eo ipso quoque largimur, Θ ia ista urinosa & ex illis spi-
ritus sub eadem prorsus forma in mixtis haud existere, sed
inter tot præparaciones demum generari. Quis crederet spi-
ritum